

Aest, quod & populum terribiliter oportebat quare re quod admissum est, & tanto vehementius timuerunt ceteri factum eius imitari, quanto magis humana exhorter infirmitas, & in tam magnum tamque iustum populi odium dari, & eis, quos ad spem propagandi generis se relieturum putabat, peccato suo secum consumptis suis posteris emori.

X. Iose.8. Quod deus iubet loquens ad Iesum, ut constitutum fisi retrorsus infidias: id est, infidientes bellatores ad infidandum hostibus: hinc admonemur non iniuste fieri ab his qui iustum bellum gerunt: ut nihil homo iustum precipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est, Cum autem iustum bellum suscepit, vtrum aperta pugna, vtrum infidis vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent que vlciscuntur iniurias, si qua gens, vel ciuitas quem bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod a suis est improbe factum est, vel redire quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus bellum sine dubitatione iustum est quod deus imperat, apud quem non est iniurias, & nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello ductor exercitus vel ipse populus, non ipse

B tam author belli, quam minister iudicandus est.

XI. Iesu mittens ad Hai debellandum triginta milia bellatorum, at illis, Vos infidabimini post ciuitatem, & non longe eritis a ciuitate, & eritis omnes parati: & ego & omnis populus qui tecum est, accedemus ad ciuitatem: & erit cum exierint, qui comorantur in Hai i obui nobis sicut ante, & fugiemus a facie illorum. Et cum exierint post nos abducemus illos a ciuitate, & dicent, Fugientisti a facie nostra, sicut ante. Vos autem exurgetis de infidis, & ibitis in ciuitatem. Secundum verbum istud facietis. Ecce præcipio vobis. Quærendum est, vtrum omnis voluntas fallendi pro mendacio deputanda sit: & si ita est, vtrum possit iustum esse mendacium, quo ille fallitur qui dignus est falli. Et si ne hoc quidem mendacium iustum reperitur, restat ut secundum aliquam significacionem hoc, quod de infidis factum est, ad veritatem referatur.

XII. Iose.9. Quod Gabonites venerunt ad Iesum cum vetustis panibus & faccis, ut putarentur, sicut finixerant, de terra venisse longinqua, quo eis parceret. Constitutum enim erat a domino, ne alicui terras illas inhabitati parcerent, quod ingrediebantur. Non nulli codices & Greci & Latini habent, Et accipientes faccos veteres super humeros suos: alijs vero qu veraciore videntur non habet, super humeros, sed super asinos suos. Similitudo enim verbi in Graeca lingua mendositatem facilem fecit, & ideo Latina quoque exemplaria variata sunt. *τόπος* quippe & *τόπος* non multum ab insuicem diffontant, quorum prius humerorum nomen est, posterioris asinorum. Ideo est autem de asinis credibilius, quoniam se a sua gente longinqua missos esse dixerint. Vnde apparet eos suffice legatos, & ideo magis in asinis quam in humeris necessaria portare potuisse: cum nec multi esse poterant, & non solum faccos, sed etiam vtres eos portasse scriptura

XIII. commemorat. Quæri potest quomodo iurationem seruandam esse crediderint Hebrei Gabonitis, quibus ita iurauerant, tanquam de longinqua terra venientibus, sicut illi mentiti fuerant. Sciebat enim se debellando, si cognitum esset Hebreis in ea terra eos habitare, quam promissam fuerant ab habitantibus recepturi. Mentientibus ergo, quod de longinqua terra ad eos venissent, iurauerunt eis Israëlitæ. Postea vero quam cognoverunt ibi eos habitare, vbi omnes quos inuenierant, secundum dei præceptum debellare oportebat, nolebant tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse discedissent, parcere maluerunt iurationis causa, cum

possent utique dicere se tam illis iufasse, quod eos esse crediderant, id est, de longinquo venientes. Cum vero aliud cognoverunt, præceptum circa eos dominum implendum erat, vt sicuti ceteri expugnarentur. Deus autem hoc approbavit, nec parentibus succensuit: quoniam eum non interrogassent qui nam illi essent, & ideo eos illi fallere valuerint. Unde non importune utique credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallacter deum timuisse in populo eius: propterea nec sensus dominus iurantibus aut parentibus, vt postea Gabonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saül vindicaverit, sicut regnum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic seruata est, quoniam in hominibus qui mentiti sunt, vt ad clementiam sententia fleceretur, non displicuit deo. Nam si econtra iurasset, aliquos se imperfecturos, quos Gabonitas in terra promissionis esse putauissent, & postea didicissent eos esse ab illa terra extraneos, & de longinquo ad se venisse, nullo modo arbitramur est quod eos essent debellatur causa iurationis implendae: cum propter ipsam parenti clementiam sanctus David etiam post verba, quibus se Nas

B al imperfecturum esse iurauerat, utique sciens quem fuerat imperfecturus, parcere maluit, nec in re duliore implere iuramentum: magis deo placere existimans, si quod ira perturbatus, ad nocendum iurauerat, non fecisset, quam si perfecisset. Cum XIII. obfessi Gabonites à regibus Amorræorum, miseri Iose.10. sent ad Iesum, ut sibi subueniret: ita scriptura sequitur & dicit, Et ascendit Iesus a Galgala, ipse & omnis populus bellatorum cum illo omnis potens in fortitudine. Et dixit dominus ad Iesum, Noli timere illos, quia in manus tuas tradidi eos: non subfister ex illis quicquam coram vobis. Vbi neque consultus est dominus, vtrum eundum ad eos esset: sed ultra suis recte subuenire volentibus, futuram viae orationem prænanciavit. Si ergo posset, quoniam non consultus, de ipsis Gabonitis admonere qui essent, cum se longinquos esse mentirentur, nisi ei placuisse illa iuratio, quæ subiectis parcere cogitaret, Crediderant enim deo quem audierant suo populo promisso quod illas gentes subuerteret, corumque terram obtineret, & hanc eorum fidem non eos perpendendo remuneravit quodammodo.

Quæ XV. ritur quemadmodum rex ciuitatis Hierusalem Ad domizedech & ceteri quatuor cum quibus obfessi Gabonites secundum septuaginta interpretes, primo reges Hiebusorum cum ad eos obfessi. Fates conuenerunt, postea vero reges Amorræorum dicantur ab ipsis Gabonitis quando nuntios misserunt ad Iesum, vt eos de obfessione liberaret. Sicut autem inspicere potuimus in ea interpretatione que ex Hebreo est, utroque Amorræorum dicuntur: cum constet Hiebusorum fusse regem ciuitatis Hierusalem, quia ipsa est dicta Hiebus tanquam illius gentis metropolis: & septem gentes sepissime scriptura commemorat, quas promisit deus exterminaturum esse a facie populi sui, ex quibus una perhibetur Amorræorum. Nisi forte hoc nomen vniuersale fuerat omnium, aut potius maioris partis, vt non una, sed plures in his septem hoc nomine tenerentur, quoniam esset etiam una de septem, quæ Amorræorum proprie vocaretur. Sicut est pars quædam quæ proprie dicitur Libya, quoniam hoc nomen vniuersale Aphricæ competit: & pars quædam quæ proprie dicitur Asia, quoniam Asia vel dumiduum terrarum orbem quidam, vel alij tertiam partem orbis poluerunt. Nam constat quod & Chananæ tanquam una gens in illis septem commemorantur, & tam vniuersa illa terra originaliter terra Chanaan vocatur. Non dimisit in ea Iesus quicunque XVI.